



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Obloquutio amicitiam inter amicos minue[n]s vel destruens peccatum est.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41716

Sufurratio. 531

iudicium temerarium de scelere personaliproximi, est peccatum mortale: suspitio autem temeraria quantumcunque vehemens, est peccatum veniale.

Obloquentio amicitiam inter amicos minuēs vel destruens peccatum est.

Sufurratio (hoc est obloquentio ad amicitiam tollendam inter aliquos) peccatū est mortale ex suo genere: quia tendit ad nocendum proximo, utpote tollere volens maximum bonum, scilicet amicum. Et est grauius peccatum quā contumelia & detractio, quāto amicitia melior est fama & honore. Contingit tamen sufurationem esse peccatum veniale propter imperfectionem actus vel ex parte intentionis, quia non intendit contra amicitiam, licet materialiter dicat aliquid prouocatiuum cōtra amicum. Et hoc nisi ex grauitate nocementi actus redeat in naturam suae speciei: quia tunc esset peccatū mortale: ut de detractioe materiali dictum fuit. Vel ex parte eius quod dicitur: puta quia minimum est ad prouocandum contra amicum. Vel ex parte modi, quia iocosē dicitur, & non seriō. Communiter enim haec sunt venalia.

Temeritas dupliciter considerari potest.

Temeritas (qua absque ratione regulante opera fiunt) manifestē peccatum contra consilii rationem est. Et dupliciter inueniri consuevit. Vel ex impetu appetitus passionē affecti: ut apparet in iracundis. Vel ex contemptu regulae directivae: ut patet in superbis despicientibus aut quasi despicientibus subiecti alienae regulae, & temerē propterea agentibus ea quae fecisse postea poenitet.

Est autem peccatum veniale vel mortale temeritas

kkj secundum